

Samuel Bohl

Scrutinium Sensus Scripturae Sacrae Ex Accentibus

Rostochi: Kilius, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739699962>

Druck Freier  Zugang



Vest.: J. Babacelis, Disp. I.
H. Jüngius, Disp. II.
P. Hermannides, Disp. III.
D. Krommuis, Disp. IV.
M. Marci, Disp. V.
P. Wepgius, Disp. VI.

L. Bohl.

R. U. Theol. 1636.
1637.

Contenta:

- ① J. Bohl: Prooemium
- ② J. Michaelis: Disp. I.
- ③ K. Jürgens: Disp. II.
- ④ P. Hermannides: Disp. III.
Pro ministerio 1637
- ⑤ D. Kinanus: Disp. IV.
Pro ministerio 1636
- ⑥ A. Maici: Disp. V.
Pro ministerio 1637
- ⑦ P. Wregius: Disp. VI.
Pro ministerio 1637

SCRUTINIUM

Sensus Scripturæ Sacræ

EX

ACCEN- TIBVS.

PUBLICATUM ROSTOCHI

A

M. SAMUEL BOHL.

Gryphen. Pomer. SS. Theol.


Studio.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVI.




MAGNIFICO

Reverendis admodum, Amplissimo, spectab.
Clarissimis & Excellentissimis
VIRIS

DN. JOHANNI QUISTORPIO,
SS. Theol. Doctor. ejusdemq; in celeberrim.
Academ. Rostochien. Professori. Venerand.
Facultatis Theolog. Seniori, ejusdemq; Decano,
Universitatis p. t. R E C T O R I.

DN. M. DIONYSIO Friedborn
Ecclesiae Gryphenbergenf. Pastori, ejusdemq;
Dioceseos Præposito.

*Domini, parenti & fautoribus plurimum
venerandis.*





Novistis Rector Magnifice, Patres & Dni. plurimum venerandi, Rabbini accentum significare **ovv** ob sensum seu gustum quo afficere solent Lectorem scripturae sacrae. Sicut autem Barzilai senior respuebat saluberrimum cibum, dapes opiperas, & lautissima fercula Davidi, cum, ut ipse fatebatur ceperat destitui sensu in afficiendo: Ita Lectores scripturae sacrae codicem Divinum ambiguitatis & difficultatis explanationis imo distortae deviationis arguunt cum sine medio sentiendi eam tractare praesumunt. Nasus ferreus ex colore cereus, dormiens ex forma mortuus videri posset, nisi propius accedat, naves attrices, & hominis Spiritum appropriatis medicis tentes. Codex sacer, si tantum elegantis forma compactus ad ornatum Musei conservetur, nec diurnis & nocturnis manibus tractetur, obscurissimus, nisi explicetur & legatur difficillimus nisi lectus cum legendo conferatur dubius, nisi collatus & repetitus in accensibus ponderetur ambiguus erit & manebit. Viderunt hoc veteres Judaei, ex quorum sententia alius quidam non veretur expresse fateri: Non esse acquiescendum in explicacione Scripturae sacrae, nisi sit juxta rationem accentuum, Quo magis sane pudenda est Rabbiorum recentiorum inertia, quod ea nesciant, quae a majoribus suis dicta sunt dictionum animae. Vosne esse Doctores legis, Scribas sedentes in Cathedra Moysi & haec ignorare? Non putandum autem est, Accentus causam esse juxtae constructionis, sed signa, causam autem latere in positu. Hunc nemo quod ego sciam docere praesumpsit. facile ergo erat consequenter negligere accentuum rationem, adeo quidem, ut nostro etiam tempore doctissimi viri non veriti sint in publicis scriptis accentus vocare tricas Grammaticorum. Spiritu sancto Moysi & Prophetis indigna, unde etiam ex ipsorum caru saepe ita verterunt scripturam, quasi casusvis petulantia exposta esset alicui. Non dicam de externa figura apiculorum, sed hoc miror. Quod ne unus quidem ex Doctissimis hominibus potuerit vel unum locum ex Scriptura sacra monstrare, in quo distinctio accentuationis sit incongrua. Nimis autem dilutum est ab irregularitate ut vocant accentuum quorundam petitum argumentum. Nam sensus ratio talem & non aliam accentuationem requirit, adeo ut si irregulariter non fuisset ut dicitur accentuatio, ego de jure sensus rationem indubium vocarem. Tam accurata videlicet & constantia

bio est accentuum Bibliorum, quod ad oculum in hęc Scrutinio per Dei gratiam demonstrabo. Inprimis autem, ut supra dixi fundamentum accentuationis quod est positus vocum recte observandum est, ut ex constantia & variationis ratione iuste de hijs iudicari queat. Et cum positum ego Deo volente postmodum publicis Academicis disputationibus proponam, ut videatur quidnam in causa fuerit quod tot & tam variorum interpretum opiniones hactenus audiverimus.

Antequam autem illud Scrutinium ex inductione omnium locorum Scripturę sacrę aggressus fuero absolvam hoc quod suscepi accentuationis negotium, ut à cognitione signi eo commodius assequar signatum. In hunc finem quatuor jam publice sub tuis Magnifice Rector sceptri institui disputationes quarum duę priores, ut generales, & plusquam accentus sub titulo Positionum pro accuratiori Scrutinio Linguae sanctę in Scriptura sacra representantes in forma cum subsequētib; tam habitu quam habēdis non conveniunt, unde adductus sum formā eas equare, ut deinceps commodius compingi queant.

Quod dum facio incidit, laborem & scrutinium meum novum videri, à sexcentis annis incognitum, multarum rerum reformationem minans: Ideo eos eligere debui huius mei Scrutinii patronos qui quasi me genuerunt, adhuc gignunt, & filii sui & discipuli intentionem, quę in investiganda certitudine & profligandis opinionibus, sub quibus hæreticę Cathedrę gemuerunt adeo, ut quemvis moverent ad commiserationem, probe habent perspectam. Magnificentiam tuam dico Vir Amplissime, Senior venerabilis R. V. Dignitatem Reverende parens. Vos testes advoco, me non cum doctis, sed cum opinionibus & ambiguitatibus constructionis consistari. Cum enim, M. T. discipuli actiones quotidie versentur ob oculos, sola post Deum & unica causa primaria esse voluit, ut sine impedimento, cum hac res non sine ratione videbatur suspecta expedirentur omnia, in quem finem publica commendatione, quam & suo Collegę calculo approbarunt me & alios Scrutinium hoc usit continuare. Depono ergo has & reliquas omnes subsequentes disputationes ad pedes T. M. submitto eas in tuum sinum venerande parens Imperatores sunt, Reges, Duces, Domini & ministri, quos vobis subijcio. Mortui sunt rediivi, resurrexerunt enim ex sepulchris suis sub tuo sceptri venerabilis Senior, nunc ante id primum tuo Reverende parens filio, vestra ergo merito sunt mancipia. Ubi mortui sunt ignoramus, ubiq; autem sepultos fuisse evocunt tentamina in diversis disputationibus maxime

2m' loci resurgendi. In Borussia ante annos duos meditantur resurrectionem, impediebat autem bellum, quod jam ineffabili Dei misericordia a-
versum tunc anxia timebat regio, Diuturni enim simultatibus Regis Polono-
rum & Regni Svecie se immiscere nefas ducebant. Stetini idem parabant,
extrematatem n capillorum extendere ceperant nescio autem, qui ibidem
sepulchrum custodiverit, cum Hannas & Caiphas desperati inter clericos
nubulones & publicam Judaico populo salutem exemplo aeternis sordibus &
ignominia digno, invidentes jam dudum sint defuncti cumq; mendacissimis
militibus in uno sudent purgatorio. Puto autem studio hos reges suam di-
stulisse resurrectionem, cum Maraziniy copia patriam infestarent, & tibi
Metropolis nobilis irrita conatu minarentur obfidionem. Rosarum ergo
fragrantia commoti resurrectioni locum elegerunt Rostochium, ut nova
serta Rosarum, postquam spinarum radices sub terra hinc inde senserant
capitibus suis aptarent, sicq; in universum orbem exirent.

Horum letam resurrectionem quidam prestantissimorum virorum
ex ore meo annunciarunt sui fautoribus & Patronis. Verum nemo ipso-
rum totum caetum resurgentium exposuit. Alter enim vitam Zakephkaton,
alter describebat duces superiores alter inferiores Alter certo resurrecturos
& jam sub terra vivere asseverabat. primus autem horum potentiam revi-
viscendi credebat, at ita ut nemini narraret. Liccat ergo mihi TOTVM
cum omnibus partibus absoluti & absolvendi, omnes Imperatores, Reges,
Duces & Dominos cum suis ministris vobis dedicare, redivivos in conspu-
ctum vestrum producere, vosq; rogare, ut meos conatus promovere, magnifica
benevolentia & favore paterno amore filium & discipulum prosequi, per-
gati. Dabam Rostochi Dnc. 3. Advent. ann 1626. cujus exitum felicem
gratulatur.

TM. & R.D.

Cet F.

M. SAMUEL BOHL.

A 3

DISPW.

DISPUTATIO PRIMA

Respondente 7. Septembr.

JOHANNÉ MICHAELIS,

Stralsundensi Pomerano.

I.



Anonici V. T. libri à Rabbiniſ dividuntur in 3. partes, Moſen, Prophetas & Cthubhim. Hanc Divisionem, certo reſpectu approbare videtur Chriſtus in Evangelio; cum de ſe ſcriptum eſſe dicit in Moſe Prophetis, & Pſalmis.

2. Horum ut in Codicibus expreſſis leguntur, prima Elementa ſunt, literæ, vocales & Accentus; Illas & ipſas, ut notiores præterimus, de

his ſequentia proponimus.

3. In V. T. Scripturæ S. libris, Pſalmi, Job, Salomon peculiarem accentuum rationem habent, de quibus cum Deo alias: Impraſentiarum de accentuatione librorum reliquorum paucis.

4. Accentuum obſervatio plurimum ad ſcripturæ ſenſum facit.

5. Quin ſine accentuum obſervatione ſcriptura vix dextrè explicari poteſt.

6. Accentuum ratio ſcripturæ Interpreti ſit cognita

7. Duplex quandoq; occurrit accentuatione; etiam hujus accuratio- nis Interpretis rationem reddere ſciat, neceſſe eſt.

8. In Hebræis V. T. libris benè verſato obſcura non eſt ſcriptura, ſi vel maximè accentus & vocalia puncta abſint.

9. Decalogus dupliciter accentuatus duplicem involvit reſpectum.

10. Legiſperitus, qui ſedet in Cathedra Moſis, poteſt apiculos vocalium & accentuum, ſi perirent, apponere, falſo appoſitos corrigere.

11. Accentus ſenſum mutant. Hinc Num. 30. 11. pro Athnach ti- phcha, & Merca, ſtare non poſſet Athnach, munach & tiphcha; ſicut Gen. 1. v. 1.

12. Primus verſus Geneſeos 1. Cap. quatenus 7. accentus habet, non aliter poteſt accentuari, non ut Eſa. 11. v. 1. & 5. non ut Gen. 1. 15. &c.

13. Ob parvum Oratiōis, tranſpoſitionem variant etiam accentus.

14. Ac;

14. Accentus non faciunt, sit hoc illove modo verba in textu Bibli-
co se insequantur; sed quodcumq; subiecta materia illum positum re-
quirat, ejus sunt signa.

17. Errat ergo Autor Prologi in Opus Complutense, qui ideo api-
culos accentuum in opere illo omisso esse dicit, quia tantum modula-
tioni Musicae Judaicae inserviant, non refutatione sed Commiseratione
dignus.

DISPUTATIO SECUNDA

Respondense 7. Octobr.

HERMANNO JUNGIO



I.
Quinta thesis prioris disputationis hac erat: Quia
sine accētuum observatione Scriptura vix dextre
explicari potest. Ut hac & reliquæ magis magisq;
roborentur, has sequētes propositiones propono.

2. Ratio accentuationis consistit & in conse-
cutionis & ministerii sensus cognitione. Conse-
cutio satis est nota. Et cum Valentinus Schindle-
rus peculiarem librum de eâ conscripserit, eum de-
fendendum & explicandum, si forsan contraria exempla occurrere vi-
derentur, mihi summam, ejusq; theses, quoad consecutionem, vigore
præsentis positionis meas facio.

3. Ministerium sensus exequuntur etiam Accentus, non tantum
majoris distinctionis, sed etiam minoris, & vocum combinationis respec-
tu. Quomodo hoc fiat, demonstrabitur sequentibus disputationibus.
Quod fiat, jam breviter eo probatum.

4. Non ad numerum vocum tantum accentuatio instituitur Gen:
2. v. 2. Ergo alia erit ratio, juxta quam erit instituenda.

5. Versus repetitus etiam diversas aliquot voces substituens, nisi
sensus Grammaticus mutetur, tamen eandem retinet accentuationem.
Ergo

Mirum est
quod in ca-
pit. 7. Nu-
mer. tot
versus eadē
accentua-
tione occur-
rans & ta-
men pun-
tationem
non habe-
ant cum ē
contra nul-
lus versus
Biblicus
occurrat
cum pun-
tis sine
accentua-
tione.

Ergo generalis regula inveniēda erit & constituēda, quae nos doceat, quomodo accentus collocandi, conf. v. II. c. 5. Gen. cum v. 14. Et hoc magis probatur, Quod

6. Duo versus, diversissimas voces habentes in totum, modo positus quadret, eandem retineant accentuationem. Zach. 4. v. 8. cum Levit. 12. v. 1. v. II. cum v. 20. c. 20. Lev.

7. Versus repetitus iisdem consonantibus & iisdem vocalibus eadem venit accentuatione conf. c. 18. vers. 3. 2. Reg. cum cap. 29. v. 2. Poster. Chronic. Levit 22. v. 1 cum Levit. c. 21 v. 16

8. Versus repetitus & aliquantulum immutatus, mutationem accentuum subintroducitur. Ergo juxta positum vocum accentus formandos esse clarum est. Hinc

6. Sicut Vocales sunt anima Consonantium, ita accentus sunt anima non tantum versus sed & vocum non quatenus tallium, sed quatenus sunt in versu taliter & taliter constituto.

10. Versus repetitus in eo tantum mutatus conspicitur, in quo facta est vel additio vel detractio directa. Ergo accentus non tantum respectum habent ad imperatorem, sed & adduces & conservos. Conf. cap. 21 post Reg. v. 1. cum 2. Paralip. c. 27. v. 1. c. 22. v. 1. post Reg. cum c. 23. seu penultimo c. 20. 2. Reg. v. 1. cum c. 32. v. 25. 2. Paralip.

11. Etiam si 2. Reg. 19. v. 31. post tremendum & venerabile nomen tetagrammaton nota Masorethica non notasset, abesse vocem Zabaoth, tamen ex accentu nominis divini colligi potuisset, abesse vocem. Idem versus occurrit Esa. 37. v. 31. & quoad ultimum incisum. Zelus Domini faciet hoc Esa. 9. v. 6.

12. Accentus ergo testari possunt de vocis absentia 1. Reg. 29. v. 37. Et sane integritas accentuum non levis ratio est non corrupti codicis sacri.

13. Caput quintum Geneseos, liber Chronicorum collatus cum libro Reg. Esai. c. 36. 37. 38. collatum cum cap. 19. 20. 21. 2. Reg. jubent & cogunt nos id asserere, quod proposuimus. Quorum capitum & librorum, hisq; similium examen, si necessitas efflagitaverit, ad discursum publicum differimus. Plura & specialiora in sequentibus.

Disp. III



14. Accentus non faciunt, sit hoc illove mo
co se insequantur; sed quodcumq; subjecta ma
quirit, ejus sunt signa.

17. Errat ergo Autor Prologi in Opus Com
culos accentuum in opere illo omisos esse dicit.
tioni Musicae Judaicae interserviant, non refutatione
dignus.

DISPUTATIO SECT

Respondense 7. Octobr

HERMANNO JU



Uinta thesis prioris disput
sine accētuum observatio
explicari potest. Ut hac &
roborentur, has sequētes

2. Ratio accentuarie
cutionis & ministerii sen
cutio satis est nota. Et cu
rus peculiarem librum de


sendendum & explicandum, si forsan contraria
derentur, mihi summam, ejusq; theses, quoad
praesentis positionis meas facio.

3. Ministerium sensus exequuntur etiam A
majoris distinctionis, sed etiam minoris, & vocu
ctu. Quomodo hoc fiat, demonstrabitur seque
Quod fiat, jam breviter eo probatum.

4. Non ad numerum vocum tantum accen
2, v. 2, 3. Ergo alia erit ratio, juxta quam erit in

5. Versus repetitus etiam diversas aliquot
sensus Grammaticus mutetur, tamen eandem r

III. q. III



tu Bibli-
litum re-
deo api-
modula-
eratione
at: Quia
ix dextre
s magisq;
aropono.
in conse-
Conse-
Schindle-
eum de-
urrere vi-
a, vigore
tantum
nis respec-
tionibus
tur Gen:
mens, nisi
ationem.
Ergo